

dem affectus sit *Lien μὲν ἰχθῆρα* *ichorem* labi ex illo in *Ventriculum*: Uade quartanæ sæpe tam feciliter & celeriter vomitu extirpantur.

NON. NATURALES. Cibi multum crassi succi continentes, caro salita, bubula, cervina, extremitates & interiora animalium, pisces cœnosi, ut angvillæ, ostrea, limaces terrestres, & marinæ, caseus vetus, inter olera potissimum brassica, inter legumina lentes, Vinum crassum, cerevisia feculenta, acetum. Etsi enim splen eo gaudeat, tamen cum fere in quartanâ redundet atra bile, eamq; acetum fermentet, in sublime attollat, & multis partibus augeat, ignitile est, ut docet *Hipp. 3. de vict. ra. in ac. t. 38.* Autumnus ab æstate calidâ, ver inæquale & Autumnio simile aer in locis maritimis, occultus siderum influxus, unde nonnunquam fiunt *epidemie*, summos, infimos, medioximos, omnium ætatum homines corripientes. Mæror & timor ex causâ manifestâ, somnus intempestivus, meridianus, de quo *Avic. 3. primi d. 2. c. 9. gravat splenem*, inquit, & *Paulus Aegineta l. 1. c. 97. Ex somno meridiano surgentes sæpe ructum acidum habent.* Suppressa deniq; consveta aliqua, præsertim hæmorrhoidum evacuatio, Quam causam cur aliqui ad *præternaturales* referant, non video, nam sive materiam, sive excretionis modum aspicias, utraq; sunt naturalia, peccant, solùm, morbumq; excitant, quatenus retinentur.

PRÆTERNATURALES sunt: Aliquando Contagium, Ut plurimum febres, aliq; morbicum Quartanâ commutantes; Tertianæ præsertim & ardentes, à quibus *λεπτὸς ἰχθῆρ ἀίμαλος* tenui ichor sanguinis absorbitur, & qui remanet *χυμὸς παχὺς, ὄντις ἰσχυρὸς πλεονησίου* humor crassus feci vini non ab similibus levi super assatione putrem dispositionem recipit *Gal. l. 6. loc. aff. c. 2.* A vermibus Quartanam in puellâ novenni annotavit *Forestus l. 7. obs. de sympt. feb.* quibus aloë exhibitâ dejectis febris mox desierit. **CHYMEORUM** in causis Febrium reddendis sententia, si ullibi, certè hic locum habet. Nam cum Melancholici salsis, acidisq; ichoribus, & nitrosis cruditatibus abundant, crassior

siog